

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia ak  
cum fontibus primis

Noue dignitates ueteres solent  
amicicias immutare.  
Creat enim cor nouum et nouos affectus  
noue dignitatis consciencia. Diuites facti  
paupertatis amicos cum paupertate  
fastidiunt ne quid penes eos de ueteri  
uideatur inopia residisse.

Semper enim apud indignos mores crescit  
cum potestate supercilium.

Cassiodorus in epistola quadam.

Timueram sane ne memoriam mei apud vos  
diuturnitas temporis, vel distantia regionum,  
vel ipsa novissime vestra promotio  
delevisset, quoniam  
novae dignitates veteres solent  
amicitias immutare.  
Creat enim cor novum et novos affectus  
novae consciencia dignitatis, divitesque facti  
paupertatis amicos cum ipsa paupertate  
fastidiunt, ne quid penes eos de veteri  
videatur inopia resedissee.

Arnulfus Lexouiensis, *Epistolae*, 4 (PL 201,  
col.20D).

Semper accrescit apud indignos mores  
cum potestate supercilium;  
verum ubi est vitae splendor,  
humilitas otiosa blanditur.

Valerianus Cemeliensis, *Homeliae*, 14.3 (PL  
52, col.736B).